

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Munus b (2)  
cum fonte primo

Facile contempnitur clericus qui sepe uocatur ad prandium et non recusat. Nunquam petentes raro accipiamus rogati. Nescio quomodo eciam ipse qui deprecatur ut tribuat cum acceperis, uiliorem te iudicat et mirum in modum, si eum rogantem contempseris, plus te potius ueneratur.

Ieronymus ad Marcellam.

facile contempnitur clericus, qui saepe uocatus ad prandium non recusat. Nunquam petentes raro accipiamus rogati. nescio quo enim modo etiam ipse, qui deprecatur, ut tribuat, cum acceperis, uiliorem te iudicat et mirum in modum, si rogantem contempseris, plus miratur.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*, 52, 15-16 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.439, ll.3-8).